

341

# FESTIVITATI NUPTIARUM,

*Qvas  
Vir Nobilissimus, Amplissimus & Consultissimus,  
DOMINUS*

# GERHARDUS THOMAS, in clytæ Reipubl. Thorun. Consul,

*Camerarius & Scholarcha Meritissimus,  
Cum*

*Nobilissima & Florentissima  
VIRGINE*

# B E N I G N A .

*Generosi & Nobilissimi  
DOMINI*

# GEORGII ERNESTI *Lichtfuss/*

Hæreditarii in Olskau / &c.

## FILIA DILECTISSIMA,

Anno M. DC. LXXX. d. 8. Augusti

Felicibus auspiciis

celebrat,

Subseqventes Hymenæos

accinit

## Gymnasium Thoruniense.

THORUNI,

Imprimebat JOHANN-BALTHASAR BRESLERUS,  
Nobil. Senatus & Gymnasi Typographus.

**G**ymnasium, FAUTOR, tenus hac & Curia, Fiscu,  
Instar Sponsarum, credita cuncta Tibi.  
De tot despensis grator Tibi corde Puellis;  
Sit, precor, in cunctas inviolata fides.

His alia accedit Tibi jam nova Nupta, THOMASI,  
Qvæ tua non minus & corda fidemque petit.

Qvos illa eliciunt fudores, abluat isthac:

Qvot curas illa; hac gaudia totque ferat.

Illa, si Tibi sunt dura, ut sunt fata, futura;

Hoc, ut fert nomen, usqve benigna sit.

Hisce Dei adveniet si Gratia summa benigni,

Ceu precor; ex omni parte beatus eris.

Hoc Epigrammate minus culto

Amplissimo Domino

## GERHARDO THOMÆ,

haud ita pridem

novo facto

CONSULI,

CAMERARIO,

SCHOLARCHÆ,

& nunc

SPONSO atqve MARITO,

piè gratulatur

calamus bene animatus

D. PAULI HOFMANNI.

Mnia lœtantur, resonat clangoribus æther,

Exereent Charites Pieridesque choros.

Lætus Apollo canit Parnassia Carmina, Pindus

Nobile Sponorum Nomen ad astra vehit.

Juno, Venus, Pallas, THALAMOS, Themis atqve Diana

Exornant citharis muneribusque NOVOS.

Inlyte Sponse, & Ego magnos Tibi grator Honores,

Hoc anno Tibi qvos contulit alma Salus;

Tu Consul, Qvæstor, Sponsus, celebrisque Scholarcha

Factus es. O meritis præmia digna Tuis!

Lustra duo prudens cùm Secretarius esses,

Perficeresque bonâ Munia qvæque fide,

Sceptri-

Sceptrigeri in primis augusta Regū in Aula  
Cū sereres patriis commoda multa fociſ:  
Te Patria Patres votis concordibus omnes  
Collegam absentem conſtituē ſuum,  
Dignus Honore audis iſto: Prudentia Juris  
Te talem fecit dexteritate Virum.  
Hinc Urbs exſultat, latatur Curia, Muſæ  
Tripudiant, Cuncti gaudia grata fovent.  
Proſit Honos quadruplex, proſit, fauſtissime Sponſe,  
Sponſa Tibi, proſint Fœdera ſancta Tori.  
Magnificus Sponſus Generoſe Virginis igne  
Ardeat, & Sponſi Sponſa pudica ſui.  
In terris Pylios ſuperent feliciter aῆnos,  
Ornati pulchrā prole, aliisqve bonis.  
Gaudia qvō capiant amborum hinc ſumma Parentes,  
Fundat Amicorum gaudia lata Cohors.  
Nec minūs Officium Tibi Consulis atqve Scholarchæ,  
Spartaqve Qvæſtoris, commoda mille ferat.  
Consul in Urbe pius regna, floreqve Scholarcha  
Optimus, & Scholico perge favere choro.  
Sic Tibi pro meritis fundat ſua munera Cœlum,  
Facta Tua æternet nescia fama mori !

Gratulab. appofuit

WENCESLAUS JOHANNIDES  
Gymn. Thorun, P. P.

Sic dignus geminatur honor: dum gloria crenſit,  
Crenſit amor, decorique decus ſuccedit, honorem  
Aſſectatur honor, viresqve acqvirit eundo.  
Dimidia vix parte ſui delabitur annus,  
Dum ſacer Ordo Patrum Te ſanctum augere Senatum  
Vellet, & Augusta Reguſ revocaret ab Aula.  
Nunc Spontum legit alma Paphos, pulchraqve ſeverus  
Virgine mitesciſ Consul, frontemqve remittit.  
Sic ubi cum ſocia Conjuſ Junone jocatur  
Jupiter, in faciles vultus abit, oraqve ponit  
Magno digna Jove, & jam Conjuſe digna reſumit.  
Tunc in ſecretam non triftibus influit aurem  
Alloqviuſ, mulceriqve manu, qva fulmina neſcit,  
Submittitqve ſuos alieni ignibus ignes.

Fortu-

**F**ortunata dies, qva tam felicibus horis,  
Exoreris! qva Te castis ardescere flammis,  
**I**nclite Sponse, facit. Tibi divite plaudere versu  
Nostra quidem vellet Clio; sed multa parantem  
Dicere, multa tuis meditantem carmina tadi,  
In diversa trabunt mox hac, mox ista Poëtam,  
Dumque suus non est, vix est tuus ille, tuoque  
Vix patet officio. Qvare levidensia saltem  
Carmina depromam, devoti pignora cultus.  
Vivite concordes, Neonymphi, vivite lati;  
Labra ligent animas, livescant fervida nexu  
Brachia. Non vestrum temeret Liburia cubile,  
Non Lachesis, vita nec rumpens stamina Clotho,  
Surgant è vestris Nati, Nata, atque Nepotes.  
Nexibus, & Patria crescent in commoda mille.

LMQ. scr.

M. JOHANNES SARTORIUS, Prof. Publ.

**F**ortunam coluit gens cœca furoreque plena,  
& dedit in nostras jura superba vices.  
Non hæc est fidei virtus, non ancora nostræ,  
has nescit stultas pagina sacra tricas.  
Illa DEUM scenæ nostræ producit amantem,  
Auctoremque facit qvæ sibi spondet homo.  
Vis Consul fieri, Deus est, qui munera mandat,  
committitqve pio sceptræ regenda viro.  
Demandanda cui si cura est Gymnadi almæ,  
est Deus; illius voce Scholarcha venit.  
Castus amor lætam si vult sobolescere prolem,  
nectit Conjugii vincula firma Deus.  
Multæ quidem nostris essent dicenda Camoenis;  
dicere sed qvæ jam non finit hora brevis.  
Gratulor hinc ternos fortunæ lavavis honores,  
& precor ut terna prosperitate fluant.  
Faxit sancta Trias! felix nova sceptræ gubernes,  
ut tenebas fausta sceptræ secunda manu.  
Te juga Parnassi resonent, Te Civicus ordo;  
& semper de Te nil nisi justa canat.  
Plurima damna fuges, & publica commoda serves,  
ut Patriæ redeant aurea secla tux.

FANIS

Faxit sancta Trias! vireant ut nostra Lycea,  
lætenturque tua, clare Scholarcha, fide.  
Utqve aliquis qvondam de Te sic dicere possit;  
præfuit hic nostra laude favente Schola.  
Hoc omnis mecum studiosa precatur, & optat,  
turba premens tacita gaudia clausa manu.  
Faxit sancta Trias! ut firmo secedere perstet  
vester amor; servet vos in amore DEUS.  
Pinguis ut uberibus succrescit oliva racemis;  
sic crescat natis obsita mensa piis.  
Obruat invidiam meritis laus debita vestriss,  
nec dirimat socium cana senecta torum.

His triplicem felicitatem, Consularem, Scholarchalem  
& Maritalem gratulabundus adumbrare voluit

M. MARTINUS Bohm P. P.

**A**rces Pannonia sensere ubi Troica fata,  
Marsqve mibi Patria clauderet ense vias:  
Tangitur immani tremulum formidine pectus,  
Lapsat præcipiti Spes mea misera metu.  
Quid facerem? solidum spacio solamen ab arte,  
In quam Mars poterit juris habere nihil.  
Pieridas gracieles, vitam puppimque ferendam  
Commendo Divis, hi mea vela regunt.  
Fluctibus ambiguis per cœca pericula pontis  
Actum, Sarmaticis exposuere locis.  
Quid fuerit Thoruna mibi, cognoscere gestis,  
Haud falsò possum dicere, Vita fuit.  
Hujus ad affectum mea mens moribunda revixit,  
Ut vigil affusa Pallade flamma solet.  
Hic ego te primum, Sponse, inter Gymnadii umbras  
Et libros vidi, Pegafidumque choros.  
Summo bominum studio excoletis curaque Deorum,  
Natus verboſi publica ad arma fori.  
Cum mens ad Themidem viridi properaret ab aro,  
Justitia arcانum Königius docuit.  
Traxit amor Sophia, reserat mysteria grandis  
Schelvigius, solers quem modò fama canit.  
Vicit amor Svada, pandit penetralia Svada  
Ingenua, qvondam Thaudius ore gravis.

Moyisti

Movisti Patria ingenium, linguisque per Urbem.  
Dum poteras Latie Sarmaticèque loqui.  
Dum quondam in Scenam gelidu revocatus ab umbris.  
Tot Regum Radix ille Piaſtus erat.  
Haret Germanus, miratur Sarmata pugnax,  
Germanum nitide Sarmatiq[ue] ore loqui.  
Aſſerit ille ſuum, pharetratus Sarmata Civem  
Spectator rerum dixerat ille ſuum.  
Nil ita ſublime eſt, q[uo]d non ſolertia poſſit  
Vincere, & ingenio cedere forte tuo.  
At fallo, & fallor, cor expugnable telis  
Molle Cupidineus, eſt tibi, Sponte, tuum.  
Erravi, non hac jaculatur tela Cupido:  
Cujus at eſt telum? cara Benigna, tuum.  
Illa ſuam tangit patulo ſine vulnere metam,  
Illiua nescit vulnera ferre manus.  
Acceleres metamque tuam ſine vulnere cerne,  
Metatibi Sponsus, Sponte, tibi illa scopus.  
Iſta tenet Sponſum ut metam, tenet iſte petitatam  
Sponsam, ſic metam tangit, uterque ſuam.  
Q[uo]d ſupererit, faveat vobis Fortuna benigna,  
Ad nutus Veſtros temperet illa ſuas.  
Certent vir mulier juncti bonitate perenni,  
Incidat in Veſtrum nulla querela torum.  
Sponte, tibi juvēni ſimiliu naſcatur, & illum  
Ex Virtute ſciat, q[uo]libet eſſe tuum.


Promptitudinem ſuam declaravit  
JOHANNES REZIK Prof.

**D**um, VIR CLARE, tibi ſociali foedere jungis  
Egregiam Sponsam ſic moderante DEO:  
Atque tuas longo decantant carmine amici  
Tædas ac laudes, vota precesque fero.  
Pronubus ipſe DEUS, qui caſti flammulam amoris  
Aeſcendit, vobis ſemper adelle velit.  
Affluat ambobus largis Sors, opto, quadrigis,  
Eveniant veſtro gaudia mille toro.  
Vivite concordes vivaciſ Nestoris annos,  
Cordibus in veſtris Pax pia, regnet amor.

Edite

Edite fœundi communia pignora lecti,  
Ut vestra soboles sit numerosa domus.  
Summa sit: ex votis succedant omnia vestris,  
Atque etiam votis prosperiora cadant.

Prelixo non tam carmine quam  
affetu gratulabatur  
GEORGII LEHMANNUS  
Gymn. Collega.



## DONUM NUPTIALE.

**S**it munus Sponso Turtur, sub imagine cuius  
unanimem Sponsus discat amore torum.  
Quatuor enim Turtur concors cum Compare vivit,  
Ambo pudore pares, ambo & amore pates.  
Sic concors vestrum maneat sine lite Cubile,  
Fungentes osculis, oscula sapè novis.  
Una Salus vobis, unum & commune periculum,  
Una sit ambobus Mens, sit & unus Amor.  
Omnia succedant ex voti lege, nec unquam  
Deliquio primus subjiciatur Amor.  
Quin magu extremam leti perduret ad horam,  
Et ferat à longis augminta certa morū!  
Imprimu sobolem Lucina freqventius edat  
Quæ virtute Patres æqvæ, & æqvæ Avo!  
Vivite quod restat, grandavi Nestoris annos,  
Siæque D'EI vobis GRATIA larga, precor!

δλοῦχως offerebat  
JOHANNES BORSCHET  
Gymnasi Collega.

**L**eges conjugii sacras, & fœdera sanxit  
Certi tori, Dominus qui regit astra poli.  
Illi perpetuò socialia vincula cura  
Sunt, & non ullò dissocianda modò.  
Per placet ista Deo socie conjunctio vita,  
Quæ nulla in terris arctior esse potest.  
Conjugibus tristis solatia tempore prabet,  
Horum avida fusas percipit aure preces.

Nobilis

Nobilis ergo mihi felix Sponle esse putari,  
Qvod sociam castò jungu amore Tibi.  
Quam pietas, quam forma probat, qua stemmate fulget,  
Et qua virginis gemmula clara thori est.  
Hinc, quoniam Tibi nunc de tanta, Sponse, Puella  
Gratantur cuncti, fausta simulque precor.  
Conjuge cum chara bac tranquillus vivito Sponse,  
Et vestrum turbent iurgia nulla terum.  
Pax vos exhibaret, thalamum concordia vestrum  
Fecundet, nam pax conjugium recreat.  
Nunquam vestra graves infestent corpora morbi,  
Officium ut praestent integra membra suum.  
Ad sint divitiae multæ, quas postular usus,  
Sic felix vester semper erit thalamus.  
Quid multis? multos tranquille & svariiter annos  
Vivas cum Sponso, Sponsa venusta, tuo.  
Tuque Sibyllinam vivas pia Sponsa senectam,  
Atque seni Pylii secula Sponsus agat.

Sic oλοναεδιας precatur  
CHRISTOPHORUS WOYT

Gymn. Collega.

M E quoque devotis fas est assurgere votis,  
Et Sponsum versu condecorare novum.  
Inclite Sponse, Tibi pia pulchraque contigit Uxor,  
Delitium Matris, delitiumque Patris.  
Quam Virtus decorat, nec non generosa propago,  
Et nitida vivax integritatis amor.  
Qvis Tibi non avidè tantum gratetur amorem,  
Qvod tales Sponsam duxeris in thalamum?  
Qvisque Tibi meritò felicia verba precatur,  
Votaque sincero pectore nata refert.  
Ergo Tui pariter promptissima vota clientis  
Susceipe, depromptum & simplice corde melos,  
Dirigat alma Trias Connubia vestra, torumque  
Sponse & Sponsa Tuum dirigat alma Trias.  
Absit Eris thalamo, lis, dis, monosyllaba tetra,  
Quin potius thalamum prosperet UNA SALUS!

DANIEL Raulpersch  
Gymn. Coll.

113 331